

12
C A R M I N A

12
I N H O N O R E M

N V P T I A R V M O R N A T I S S I M I
& doctissimi viri Domini OTTHONIS BAR-
THII, Lipsensis, Optim. artium Magistri,
& I. V. candidati.

A C

P V D I C I S S I M Æ V I R


G I N I S A N N Æ, P R V D E N

tissimi & integerrimi viri Clementis Brunneri

Senatoris Ægrani, relicta filia.

Celebratarum die 23. Januarij.

Conscripta ab Amicis.



L I P S I Æ,



Iohannes Beyer imprimebat.

222
M. D. L X X X V I I.

COMMUNION
THE HOLY COMMUNION

...
...
...

PVBLICIS SIMA VIR
...
...
...

...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

IN NVPTIAS M. OTTHO-
NIS BARTHII ET AN-
NÆ BRUNNERIÆ.

Æ Ger sponsus amans Ægræ dum deperit ægram
Sponsa gerit vulnus, vulnera sponsus habet.

Vulnera quis leuet hæc quanam Podalirius herba,
Adijciat medicam vel quis Apollo manum?

Quem fecit sanat violentus scorpius ictum,
Vulnus quod fecit sanat amatus idem.

Ergo sponsa adhibe tibi, cum sis saucia, sponsum,
Sentiet inde tuus mox medicamen amor.

Tu quoq; sponse tuam propius tibi iungito sponsam,
Sic, quo torreris, lenior ignis erit.

Fons ignem sedat, talis BRUNNERIAS ANNA
Sponse tibi fons est, utere fonte tuo.

Non tam sunt thermæ, quamuis sint sæpe salubres,
Vis huius fontis quanta futura tui est.

Fallor an hoc teneræ barbæ de fonte scatebunt,
Illo si sponsus BARTHIVS vsus erit?

Oscula de roseis ANNÆ manantia labris
Haudquaquam effectum sunt caritura suo.

O fons lætitiæ, careas modò lite, beatum
Reddis, cum decorat te sine labe pudor.

*Ah nimium multis nilquàm limosa malorum
Innatat illuies, damna, venena, probra.
At tuus hic opto semper mera gaudia, sponse,
Lucra voluptates, deliciasq; ferat.
Atq; salutiferam dulcis vim nectaris æquans
Eundat aquam vitæ fons tuus iste tibi.*

M. Vvolfgangus Melhorn
Aldenburgenfis.

A L I V D.

Natura folers mutuos
Sensus amicis inferit,
Vt gratulentur inuicem
Rebus suis, florentibus.
Nunc ergo tecum, candide
Amice, frater optime,
Vultum fereno gaudijs,
Tibiq; fausta comprecor.
Nam febre flagrans torrida,
Profectus Arcton & mare,
At Mænus atq; Sequana
Febrim repressit nullibi.
Sed virgo BRUNNIN VNICA,
De fonte ducens nomina,

Tibi

Tibi leuamen præbuit
Quo perstat Egra nobilis,
Hæc molliens Cupidinis
Æstus calentes, corporis
Tibi salutem reddidit
Liquore fontis intimo.
Ergo tuarum partium est
Vt inde ducas riuulos,
Qui templa, qui Rempublicam
Suis rigent liquoribus.
Nunc, O T T H O vir doctissime,
Tibi salubri gratulor
De fonte, qui lenijt tibi
Caloris æstus maximi.
Deus gubernans omnia
Fontem tibi custodiat,
Vt turbet ipsum nulla vis,
Et turbo fortis inuidæ.
O vtinam talem mihi
Fontem daret ter maximus,
Leuare quo possem febrim
Qua iam laborans æstua.
Duc sponsecum sponsa tua
Vatis Sybillæ tempora,

A 3

Ambo

Ambo beati viuite,
Amate vosmet mutuò.

*M. Andreas Jödick
Lipsicus*

A L I V D.

O T T H O, A N N A.

M Vsarum, & Themidos perite cultor,
Hoc nomen tibi quod parens vterq;
Vt retrò O T T H O legi queat dedêre,
Felix omen id esse; crede sponsæ.

Castarumq; decus puellularum,
Hoc nomeu quoq; quod tibi parentes,
Vt retrò A N N A legi queat dederunt,
Felix omen id esse; crede sponso.

Nam ceu nominibus duobus istis,
(O T T H O atq; A N N A tuum vocabo nomen)
Seu retrò id relegas, vel ante, damni
Nil fert versio, idem sed id manebit.

Sic & vester amor, Dei potentis
Aura motus amor, manebit idem,
Contentiq; eritis vtraq; forte,
Nam victrix amor est boni, maliq;.

ALI-

A L I V D.

O T T H O, A N N A.

A Leua dextraq; legi quod possit vtrumq;
Nomen, id omen habet; nam sic in vtram-
que paratus. (bit

Sponsus erit fortem, cum sponfa, mensq; vige-
Vna duobus, amorq; vnus dum vita manebit.

Ergo tibi grator plausu, fremituq; secundo,
Sponse, tuæq; simul tecum fausta omnia sponsæ
Comprecor; vt vobis pro vestris omnia votis
Succedant; thalamusq; ferax sit prole iugalis
Innumera, innumerus viuas feliciter A N N A
Annos; ac totidem viuas feliciter O T T H O.

M. Balthasarus Rederus Budissinus.

A L I V D.

XΡΙΣῶ μέλει τὰ δεσμά
τεκνοπαύρου γάμοιο,
ζαθέης ἄπερ γεγραπῆαι

σελίδος πύχεσι θεῖης :

ἀκῆρατορ γρ ἄιμα
τῆς παρθένου κομίσει,
σύνευνθῆ γενέσθαι
πολιῶ ἔμελλεν ἀνδρῶ.
Παρά νυμφίω δὲ πασῶ
ὁμοκλινῆς ΙΗΞΟΥΞ
ποταμοῦ ῥοᾶς ἀνώγει
ἔμεναι ἐψφροῦ ὄνομα

καὶ ὡς πόσις δάμαρτος
φρεσὶ φίλτρον ἦς ἄξει,
οὕτως ἔχει μέριμνα
ἐκκλησίης ὁ Χριστός,
φιλέων μεγ' ἡμ' ἀγοσῶ
περιβάλλει εὐνοοῦντι,
βηλοῦτ' ἀγει δόμονδ' ε
ἐν σοργῶ εἰς μέλαθρα
ἐρίτιμος οὐρ ξυνήωμ
ἀγαθοῖς τέτυκται εὐνή,
καὶ νυνὶ σοὶ μάλισσά,
ἄνερ φέρειε, θεῖης

ἐρπ

ἔρνε κλυτὸν θέμισθ',
ἄλοχον κεδνήν ὅς οἱ κονά
ἄγαι σεμνῶς φιλήσας.
εὐχαίρομεν δὲ σοί γε
τοῦτου, καὶ εὐχόμεθα

πάντων κρατοῦντ' ἀνακτι,
ὥς σοι πρόπαντα δούνα,
ὄλβον πολὺν, καὶ οἰοῦς
ἡῶν, βίον τε μακρόν,
καὶ ὅσα φρεσὶν μενοινᾶς.

Henr. Eckstormius αὐτεχειρίασερ.

A L I V D.

Legum sumit ouans Ο Τ Τ Η Ο, vir in arte peritus,
Præmia sudato digna labore suo.
Qui scandens gemini Parnasica culmina montis,
Prostrato iacuit corpore fessus humo.
Fessus humo iacuit via nam salebrofa, viator,
Nec subijt munus pesue manusue suum.
Utq; leuis cerui, quem tela canesq; fatigant:
Sic huius fauces vssit anhelasitis.
Conspicere ætherei potuit vix lumina solis,
Destitit in rauco flebilis ore sonus.
En fontana tibi iam iam vir chare, puella
Spes venit, optata teq; leuabit ope.
Membra reportabit tua languida fontis ad undas,
Viuificas humeris, nocte fauente, suis.
Nympha tibi dulcem monstrabit rosida Lympham,
Utere tu Lympham, quam tibi Nympha dabit.
Fontis aquas hauri, recrea tua pectora fonte,
Ut repetant munus pesue manusue suum.

Hanc

Hanc tibi cunctipotens sociam pater obtulit almam,
Hanc, tibi quæ cordis dulce leuamen erit.
Dulce leuamen ama, flagrans si forte redibit
Hic dolor, ut recreat pectora fonte sua.
Sit tibi fons purus, numerosis largus ab undis,
Ut toto vigeat nomen in orbe tuum.
Deniq; Nestoream per Christum uiuio vitam,
Ipsaq; Cumæos Nais amica dies.

Georgius Vveck Ey-
lenburgensis.

A L I V D.

Quas tua sponse tibi solennes ANNA corallas,
Quæ cinctura comas iam tibi ferta parat?
Et nos quem ramum præsentem fronte geremus
Coniugij lucem qui celebrare tui.
Letamur? Soboles Cypri baccata, pudico
Legitimè iunctos fœdere, myrtus amat,
Myrtum coniugibus, vinculum quos cogit ahenum,
Suauis suauiole spontè Cupido sacrat.
Vos aduentitij, Nympha, vice termitis, herba
Interea notum nectite quæso genus.
Hic mihi dum blandis Phœbi circumferor vlnis,
Si maris amictus tempora rore, sat est.

B

Nuda

Nuda sinum, succincta genu, Libanotis ut olim
Legerat Arabia thurea grana iugo,
Udis ros vitreus pedibus manarat, amœnum
Mulserat & Zephyri leniter aura solum,
Capripes in vultu diuæ lasciuus inherens,
Igne focus Ætna feruidiore, calet.
Hic calet, illa fugit, celeri velocior Euro,
Sparsi mox thuris grana resorbet humus.
Virgineo inde frutex signo, nunc tempore messis,
Nunc Brumæ, puro semper odore viret.
Salve perpetuo lucescens germine radix,
Æmula cui Phœbi docta corona fauet?
Salve terradix, salve bis terq̄, quaterq̄,
Idaliæ plantis floriditate prior.
Pro manna ANNA suis te dulcibus inseret hortis,
ANNA tui curam plena pudore geret.
Non nix, non frigus, non imber, grandine mistus,
Non te corrumpent flabra minæq̄, Noti,
Non sities, non vota Ioui solennia fundes,
Arida si calidus diuidat arua Canis.
Quippe tuis præstò, votis sanctissima nimbium
Cœlitus irriguum Iuno suapte pluet:
Sic tua stirps viridi protusis cortice gemmis,
Apricos lepidè condecorabit agros,

Formosis

*Formosis aliquando nepotibus unde creatis,
Sponsus cum sponsa tempora sospes agat,
Constringensq; OTTHONEM arctatis nexibus ANNA,
Ipsa suis folijs tempora cana premat.*

Georgius Voegelinus
Lipficus.



L I P S I Æ,

Imprimebat Johannes Beyer.

M. D. L X X X V I I.

aut emissa voce magna ex
piravit **px. nr.** Et uidi ce
phi lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut' e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver' hic homo
di filius erat. Erat aut' e' in
heres de lege aliter. Me
qs erat in me. Me' p' d' e'
et maria. In me' p' d' e'
yoseph man' e' salu' me
Et cu' e' in me' p' d' e'
eu. et misit. Me' p' d' e'
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'
ultra. **ex.** **E**rat
seru e' in me' p' d' e'
erat qd' e' in me' p' d' e'
yoseph alio in me' p' d' e'
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'
decurio di. Et in me' p' d' e'
me adp' s'ate e' in me' p' d' e'